[illegible]
ſibi venire. Cumque iam plenum eſſet de languentibus
templum et cotidie ſacrificantibus nullum daret aſta-
roth omnino reſponſum. infirmitate cogente ex lon-
ginquis regionibus adducti iacebant. Sed cum in ipſo
templo nullum poſſet demon dare reſponſum et neque
ſacrificando neque ſe ipſos more ſuo laniando preve-
vit in aliam civitatem ubi aliud demonium colebat-
ur nomen erat berich et illic ſacrificantes ceperunt in-
quirere quare deus eorum aſtaroth non eis daret reſpon-
ſa. R. Per os ſeuſti clamabat demon. bartholomee apoſtole
incendunt me orationes tue. Cum dicente apoſtolo obmutuiſſe et exi-
ret ab eo statim a demonio eſt liberatus. V. Multos cum annos
ſeuſtus fuiſſet a demonio vexatus. Cum dicente. Lectio tercia.
Reſpondens autem berich dixit. Deus veſter ſic cap-
tivus et religatus catheniis igneis ſtrictus tenetur
ut neque ſuſpirare audeat neque loqui ex illa hora
qua ibi apoſtolus dei bartholomeus ingreſſus eſt. Dicit
ei. Et quis eſt iſte bartholomeus? Reſpondit demon.
Amicus eſt dei omnipotentis et ideo huc venit in iſtam
provinciam ut omnia numina que colunt indi evacuet.
Dixerunt autem cultores ydoli. Dic nobis ſignum
eius ut poſſimus agnoſcere eum. Reſpondens autem
demon dixit. Capillo nigro capitis et criſpo carne
cara candida oculi grandes nares equales et direc-
te aures cooperte crine capitis barba prolixa habens
paucos canos ſtatura equalis que nec longa nec

License: public_domain – Paris, Bibliothèque nationale de France, NAL 2318, 84v – Breviarium
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-n0u5/3500/36435)